

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 75. Cliella noctu ad Pontificis alloquium admissus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](#)

Sæcul. XVI. „vestram datas:,, Ad hæc Clemens VIII.  
A.C. 1593. vel admiratione defixus, vel ulterius

diffimulare paratus, indignabundo animo Oliverium dimittere volebat, ast hic faceto sermone reposuit: „Beatiss. „me Pater, si Diabolus a te ejusmodi „alloquium peteret, non ei id denegare „deberes, si hac via dæmonem ad sa- „lutem revocandi spem haberet. „ Ad hæc verba Pontifex subridere cœpit, Seraphinus autem propenfum Papæ animum in rem suam vertere intentus, eidem suaſit, ut Cliellam non quidem tanquam Navarræ Regis Nuntium, sed velut privatum Nobilem Gallum ad alloquium admitteret, perinde acsi hic plures particulares novitates narratum venisset, atque illæ Pontifici admodum gratæ acciderent. Percepto hoc Seraphini sermone Papa respondit, se rem maturius consideraturum.

### §. LXXV.

*Cliella noctu ad Pontificis alloquium admissus.*

*Avit. i. c.*

Eodem adhuc vespero summus Pontifex per Sannesium, qui ex præcipuis Petri Aldobrandini Nepotis sui Domesticis unus erat, Oſſato significare jussit, quod cum illo Nobili non ita primè ex Francia Romam delato colloqui vellet, eundem vero certum redderet de

de optato successu; porro hæc Ossatus Sæcul. **XVI.**  
 eidem significare jubebatur, perinde **A.C. 1593.**  
 ac si ea non Papæ, sed proprio suo no-  
 mine huic Nobili suggestisset, proin hic  
 ob difficultates, quas forte ab initio ex-  
 perturus esset, haud animum despon-  
 deret. Sequenti nocte Silvius Anto-  
 nianus rei vestiariæ apud Papam Præ-  
 fectus Oliverium, & Cliellam convenie-  
 rat, atque ambos per scalam secretam  
 ad Pontificis cubile deducebat, ubi  
 Cliella Clementi VIII. exponebat, quod  
 a Galliarum Rege Sanctitatis suæ pedes  
 deosculaturus, simulque hujus Princi-  
 pis literas porrecturus Romam missus  
 fuisset: verum Clemens hujus Oratoris  
 sermonem interrumpens, vultu ad iram  
 studiose composito hæc respondit: „de-  
 „cepisti me, putabam, mihi cum pri-  
 „vato Nobili agendum fore, non au-  
 „tem cum hæretici, relapsi, atque ex-  
 „communicati Procuratore, quapropter  
 „confestim hinc discede, nec unquam  
 „coram me compareas velim.“ Ast  
 Cliella nihil inde commotus, prout  
 ipsi jam antea suggestum fuerat, con-  
 tinuato sermone perdemisse ita reposuit:  
 „cum non plus obtainere valeam, sal-  
 „tem Regis mei literas, ac Legationis  
 „meæ tenorem descriptum relinquam:“  
 Ad hæc Rex simulato nutu Oratori si-  
 gnificabat, ut suas literas rursus secum

Z 5 defer-

Sæcul. XVI. deferret, nihilominus postea illas accepit, easque suæ mensæ imposuit.  
A.C. 1593. Igitur Orator Sanctitatis suæ pedes osculatus, obtenta abeundi venia ad eundem deducebatur locum, unde venerat: altera autem die Francisco Toleto Cardinali colloqui jubebatur.

Ergo cum illo tertia jam vice longius agens, tandem hoc in responsis accepit, quod Sanctitas sua petitam gratiam Regi concedere nequeat, cum is jam semel eandem ob caussam supplex sacram Sedem interpellasset, postea vero rursus ad pristinos suos errores reversus Religionem Catholicam, quam tum amplexus erat, abjecisset: ceterum in hoc alludebat Toletus ad ea, quæ sedente Gregorio XIII. gesta fuere, dum Carolus IX. Navarræ Regem ad ejurandam suam hæresin adicens super ad summum Pontificem literas dabat: cum igitur Toletus Cardinalis haud ampliorem successus spem dare posset, Cliella Franciam versus iter arripuit.

### §. LXXVI.

*Varius Romæ de Regis conversione sermo.*

Hæc cum interea gererentur, Gonzalez Pontius Legionensis, qui Papæ a cubiculis erat, Romæ de disciplina